Incipit textus sententiarum.

Cupiẽtes aliquid de penuria ac tenuitate nostra cũ paupercula in gazophilatium domini mittere. ardua scandere. opus vltra vires nr̃as agere p̃sumpsim⁹. ꝯsummationis fiduciam. laborisq; mercedem in samaritano statuentes. qui prolatis in curationẽ semiuiui duobus denarijs/ supererogãti cuncta reddere professus est. Delectat nos veritas pollicentis/ sed terret immensitas laboris. desiderium hortatur ꝓficiendi/ sed dehortatur infirmitas deficiendi/ quã vincit zelus domus dei Quo inardescentes fidem nostram aduersus errores carnalium atq; animalium hominum. dauitice turris clipeis munire. vel pocius munitam ostẽdere ac theologicaꝝ inquisitionũ abdita aperire. necnõ ⁊ sacramentoꝝ ecclesiasticoꝝ pro modulo intelligentie nostre noticiam tradere studuimus. nõ valẽtes studiosoꝝ fratrum votis iure resistere. eoꝝ in christo laudabilibus studijs lingua ac stilo nos ſuire flagitãtiũ. quas bigas in nob̃ agitet xp̃i caritas. Quãuis nõ ambigamus omnẽ humani eloquij sermonẽ calumine atq; ꝯtradictioni emuloꝝ semp̃ fuisse obnoxiũ. qꝛ dissentiẽtibus voluntatuz motib⁹. dissentiens q̃z fit animoꝝ sensus. vt cum omne dictũ veri ratione perfectũ sit. tamẽ duz aliud alijs aut videt̃ aut cõplacet veritati vel nõ intellecte. vel offendẽti impietatis error obnitatur. ac volũtatis inuidia resultet. quã deus seculi huius opat̃ in illis diffidentie filijs. q̃ nõ rationi voluntatẽ subiciunt. nec doctrine studium impendũt. sed his que somniarũt. sapiẽtia v̄ba coaptare nitunt̃ non veri sed placiti rationez sectantes Quos iniqua volũtas nõ ad intelligentiam veritatis/ sed ad defensionez placẽtium incitat/ non desiderantes doceri veritatẽ. sed ab ea ad fabulas cõuertẽtes auditum. quoꝝ professio est magis placita q̃ docẽda ꝯquirere. nec docenda desiderare. sed desideratis doctrinã coaptare. habent rationẽ sapientie in superstitione/ qꝛ fidei defectionẽ sequitur ypocrisis mẽdax. vt sit vel in verbis pietas quã amiserit conscientia Ipsamq; simulatã pietatem omni verborum mẽdatio impiam reddunt false doctrine institutis/ sidei sanctitatẽ corrumpere molientes auriũq; pruriginẽ sub nouello sui desid̃rij dogmate alijs ingerentes. qui ꝯtentioni studentes cõtra veritatẽ sine federe bellant. Inter veri nanq; assertionem et placiti defensionẽ/ pertinax pugna est. dum se ⁊ veritas tenet/ ⁊ se voluntas erroris tuet̃ Hoꝝ ergo deo odibilem ecclesiã euertere atq; ora opilare/ ne virus neq̃cie in alios effundere queant. ⁊ lucernam veritatis in candelabro exaltare volẽtes in labore multo ac sudore volumẽ deo prestãte ꝯpegimus ex testimonijs veritatis ineternũ fundatis/ ĩ quatuor libris distinctuz. in quo maioꝝ exẽpla doctrinamq; reperies. in quo p̃ dominice fidei sinceram ꝓfessionem viperee doctrine fraudulentiã ꝓdidimus/ aditu demõstrande veritatis ꝯplexi. nec periculo impie ꝓfessionis inserti/ temperato inter vtrũq; moderamine vtentes. Sic vbi vero parum vox nr̃a insonuit. vt non a paternis discessit limitibus. Nõ debet ergo hic labor cuiq̃ pigro vel multũ docto/ videri superfluus cum multis impigris multisq; indoctis inter quos etiam michi sit necessarius breui volumine complicans patruz sententias. appositis eorum testimonijs vt non sit necesse querenti. libroꝝ numerositatem euoluere. cui breuitas qd̃ queritur offert sine labore. In hoc aũt tractatu non solum pium lectorẽ/ sed etiã liberum correctorez desidero. maxime vbi ꝓfunda versatur veritatis questio. que vtinã tot haberet inuentores quot

habet contradictores. Ut autem quod queritur facilius occurrat. titulos quibus singulorum librorum capitula distinguũtur premisimus.

Explicit prologus.

Incipiũt capitla libri primi.

Omnis doctria

est de rebus vel de signis
De rebus quibus fruendũ est vel vtẽdum. et de his que fruuntur ⁊ vtunt.
Quid sit frui vel vti.
De trinitate et vnitate.
Que fuerit intentio scribentiuz de trinitate.
Quis ordo sit seruandus cum de trinitate agitur.
De testimonijs veteris testamenti quibus trinitatis misterium declarat.
De testimonijs noui testamẽti ad idez ptinentibus.
De cognitione creatoris per creaturas in q̃bus trinitatis vestigiũ apparet
De ymagine et similitudine trinitatis in anima humana.
De similitudine creantis et create trinitatis.
De trinitatis vnitate.
Utrum deus pater se deum genuerit.
Utrum trinitatis de vno deo predicetur. sicut vnus deus de tribus psonis.
Utrum diuina essentia genuerit filiuz vel genita sit a patre vel de ipsa natus sit filius. vel spiritussanctus ꝓcedens.
Qd filius nõ est de nichilo. sed de aliquo. nõ tñ de materia. sic et spũssanct'
Quare verbum patris dicatur filius nature.
Utrum pater voluntate genuerit filiũ an necessitate. et an volens vel nolens sit deus.
Utruz pater potuerit vel voluerit gignere filium.
An posse gignere filium sit aliqua potentia in patre que non sit in filio.
De vitate ac ꝓprietate diuine essẽtie
De incõmutabilitate eiusdem.
De simplicitate eiusdem.
De corporali et spirituali creatura q̃ modo sit multiplex et non simplex.
Qd deus cum sit simplex. tamẽ multiplex dicitur.
Quod dei simplicitas nulli p̃dicamentoꝝ subicitur.
Quod deus abusiue dicit substantia.
Qd non est aliquid in deo quod non sit deus.
De distinctione trium psonarum.
De coeternitate patris et filij.
De ineffabili ⁊ intelligibili generationis modo.
Utrũ debeat dici semp gignitur filius vel semp genitus est.
De obiectionibus hereticorum nicentium probare filiũ nõ esse coeternũ pri
De spiritusando q̃ amor patris ⁊ filij proprie dicitur. cum sit in trinitate amor qui est trinitas. sicut verbum proprie dicitur sapientia. et tamẽ tota trinitas dicit sapientia.
Qd eadem nomina ꝓprie et vniuersaliter accipiunt.
Quod spiritussanctus sicut patri et filio est communis. ita cõmune nomẽ habet ꝓprium.
Qd spiritussanctus procedit a patre et filio. quem tamen greci a filio ꝓcedere diffitentur.
De ꝓuenientia latinorum et grecorum in sensu. ⁊ differentia in verbis.
Utrũ spiritussanctus ꝓprius vel plenius ꝓcedat a patre q̃z a filio.
Qd spiritussanctus principaliter ⁊ ꝓprie dicitur ꝓcedere a patre.
Quare spiritussanctus cũ sit de substãtia patris. non genitus dicatur. sed tãtum ꝓcedens.
Cur filius dicat ꝓcedere. cũ spiritussãtus non dicatur gigni.
Qd non potest mortalis distinguere ĩter generationem filij et processionem spiritussancti.
Utrũ spiritussanctus debeat dici ingenitus cũ non sit genitus.
De gemina ꝓcessione spiritussancti tẽporali et eterna.